



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Vigesima octava causa. Bisdena octava gentiles nubere nosces. Tres
quæstiones vigesimæ octavæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

etiam per consensu. Fides autem consensus est, quando etiam si non fingit manere, corde tamen & ore consensit dicere, & mutuo se circumstant uoxe alii, & mutuo se suscipiant.

CAUSA XXVIII.

Udam infideli in conjugio positus ad fidem conversus est, uxor uero odo fidei Christiana ab eo discipulit. Hic quondam fidelem in uxorem accepit, qua mortua salutaris efficitur. Tandem uita & sancta merito in Episcopum eligitur.

- 1. He primus quaritur, an conjugium sit inter infideles.
- 2. Secundo, an liceat huic aliam ducere, priore uirgine.
- 3. Tertio, an sit reparandus bigamus, qui ante baptismum habuit uxorem, & post baptismum alteram.

QVÆSTIO I.

Quid autem inter infideles conjugium non sit, multis auctoritatibus probatur. Aut enim a Paulus: [Omne, quod non est ex fide, peccatum est.] Coniugio autem infidelium non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est conjugium, quia nullum conjugium peccatum est. **¶** Item b Augustinus 1: [Non est uera pudicitia hominis infideli cum conjugio sua.] Ubi autem uera pudicitia esse non potest, ibi nec uerum conjugium est. **¶** Item Ambrosius 2: [Iustus Esdras dimittit uxorem uxorem, per quam uenit ad Deos alienos: Non est enim peccatum in matrimonio, quod extra Dei decretum est factum. Sed cum cogitatur, ut emendandum.] Item Augustinus 3: [Non est ratio conjugii quod sine Deo est.] Ex his omnibus auctoritatibus patet conjugium non esse inter infideles. Sed contra alia ueritate aut ueritate, quibus probatur conjugium esse inter infideles. Quoniam prima est illud Evangelii, quod Christus ait c: [Erat quædam uxor, duo in tres, & tres diuiserunt in duos.] Quod interpretatur illas enumerasset, uxorem in uirum esse diuiserunt, & conuerso. **¶** Item: [Qui & non odit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut fratrem propter me, non est me deus.] Uxor infidelium, non fidelem, dixit odio habendam. **¶** Item: [Uxor e que reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratrem, uel uxorem propter me, centuplum accipiet, &c.] Verum in uirum infideli significat, que propter Christum dimittitur, dum peccata esse, quam Christus fidei deseruit. **¶** Item Apostolus 1: [Si quis fratrem uxorem habet infidelem, & hac consensus habitatio non sit, non dimittat illam: & si qua mulier habet uirum infidelem, & sic consensus habitatio non sit, non dimittat uirum.] Item ad Titum 2: [Sicut in passione B. Clementis h de Theodora & Sisonio legitur mirabiliter corrigisse.]

- 1. **¶** Augustinus: [Verba ista B. Augustini referuntur 7. ead. seum. uer. nec uera.]
- 2. **¶** Ambrosius: [Hic sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad hunc indicatum.]
- 3. **¶** Augustinus: [Hoc non est inventum apud B. Augustinum. Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. prima ad Corinthios sic legitur: Non enim ratum est matrimonium, quod sine Deo uocione est, & similia in glossa ordinaria, ibidem ex B. Ambrosio.]

C. I. **¶** Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt unam, & post baptismum alteram.

a Rom. 2. b Lib. 2. de adult. conjug. c. 18. Sent. 2. dist. 39. c. 29. Pam. l. 6. c. 96. d Luc. 12. d Luc. 14. e. Math. 1. f. 7. Cor. 7. g Ad Tit. 2. h In Abetia bigamia, & uis. Clementis antiquum.

Item Innocentius Papa Ruffo & Eusebio Episcopis Macedonibus, epist. 23. cap. 2.

Numquid non a erunt admittendi in hereditatis consortiuta, qui ex ea suscepti sunt, que ante baptismum fuit uxor? eruntque appellandi: uel naturales, uel spurii, quia non est matrimonium legitimum (ut uobis uideatur) nisi illud, quod post baptismum assumitur: Ipse Dominus cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Ac ne de his puteretur esse locutus, qui post baptismum uxores fornicantur, meminerint hoc & a Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæro, & sollicitus quæro, si una & eadem sit uxoribus, qui antea catechumenus, & postea sit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus suscepit, & postea alios filios, cum fidelis; utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto Patre cum ceteris hereditandæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritalis creditur abstulisset. Quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est, quæ (malum) ratio est hoc defendi, & uacua magis opinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus injunxit?

C. II. **¶** In fidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam ante dimiserat.

Item ex decreto Eutychemi Papæ.

2. **¶** Si quis e gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate ejus erit, eam habere, uel non habere.

C. III. **¶** Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.

Idem.

Simili modo, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non uult, sicut dicit e Apostolus, infidelis si discedit, discedat.

C. IV. **¶** Sine culpa inquitur uxor, que cum infideli habitare noluerit.

Item Augustinus de fide & operibus, c. 16.

Uxor i legitima f societate conjuncta, sine ulla culpâ parclinquitur, si cum uiro Christiano permanere noluerit. Non attenditur eo modo illam rectissime dimitti, si uiro suo dicat: non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud uel facinorosum, uel flagitiosum in uirino uerit, quo delectata, uel libidinem explebat, uel furorem uictum habebat, uel etiam ornator incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hæc dicit, si ueraciter egit penitentiam & ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, que h per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quam carnis luxuriæ: & membrum, quod eum scandalizat, fortiter amputabit.

1. **¶** Uxor] Locus Augustini sic habet: Quamobrem & illud, quod dicunt, uelint probare cupientes, quantum ualeat sola fides, ubi Apostolus dicit, quod si infidelis discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate conjuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum uiro Christiano propter hoc quod Christianus est, permanere noluerit, non

a Sup. dist. 20. deinde 9. numquid. Burch. l. 4. c. 33. Ivo p. 1. c. 29. Pam. l. 6. c. 96. b Math. 19. c Burch. l. 9. cap. 59. Ivo p. 8. c. 195. Pam. l. 6. c. 97. d Burch. l. 9. c. 60. Ivo p. 8. c. 196. Pam. l. 6. c. 97. e 1. Cor. 7. f Beda 1. Cor. 7. Ivo p. 8. c. 21. Pam. lib. 2. c. 22. g Flehr. 9. h Galat. 5.



attendunt eo modo, &c. Verum ob glossas, potissimum in vers. non attenditur: & quoniam Ivo & Pamormia habent ut Gratianus, nihil est mutatum.

C. V. *¶* Licet dimittitur uxor, qua virum suum cogere queris ad malum.

Item in a sermone Damiani in monte, lib. 1. c. 27. & 28.

Idololatria, quam sequuntur infideles, & qualibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permittit & causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permittit, non iussit, dedit locum Apostolo monendi, ut qui voluerit, non dimittat uxorem infidelem, quo sic fortassis possit fidelis fieri. Item c. 28. c. Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & avaritia idololatria, non est dubitandum & avaritiam fornicationem esse. Quis ergo jam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare, si avaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias, non tantum quæ in stupris cum alienis viris aut foeminis committuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male utentem a lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè, turpiterque corrumpunt, possit sine crimine, & vir uxorem dimittere, & uxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis, quam fornicationem (sicut supra commemoratum est) generalem & universalem intelligere cogimur. Cum autem ait: [Excepta causa fornicationis:] non dixit, ejus ipsorum, viri an foemina. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari, causa, utique fornicationis dimittit: velut si aliquem cogat uxor sacrificare idolis, qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed & iuz, illius, quia fornicatur, sua, ne fornicetur.

C. VI. *¶* Que simulachrum facit, nec respicit, dimittatur à viro suo.

Idem de adulterina conjugio, lib. 2.

Non d. solum mœchatio est illius, quæ carnem suam coinquinat, sed etiam, quæ simulachrum facit, mœchatur. Quod si in his factis perseverat, & poenitentiam non agit, recede ab illa, & noli vivere cum illa. Sin autem, & tu particeps peccati illius eris.

¶ In eo libro non extat, sed apud Hermem in libro pastorum, mandato quarto, ex quo citat Ivo hoc una cum palea, ego dixi 734, q. 1. & 2. Et quoniam in eo mandato tam de viro, quam de muliere agitur, est aliqua verborum varietas, sed eadem sententia.

C. VII. *¶* Amore conjugaliter non est à fide recedendum.

Item Ambrosius ad Hilarium.

Si infidelis (dicit Apostolus f.) discedit, discedat: Non est enim servituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit esse cum conjugio fidei, hic agnoscat fidelis suam libertatem: neita se subiectum deputet servituti, ut ipsam dimittat fidem, ne conjugem amittat infidelem. Hoc & de filiis, atque parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio, ut Christum i. dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo, & de domo, atque agris, hoc & de iis rebus, quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est.

¶ Sic etiam Ivo: sed habetur apud B. Augustinum, epist. 20. Beda 1. Cor. 7. citat ex Augustino ad consulta Hilarii.

a. Glossa ordin. 1. Corint. 7. & Beda. Ivo part. 2. cap. 248. & 249. b. Matth. 19. Pann. 1. 7. c. 29. c. Infr. 32. qu. 7. Apostolus in fine. d. Ivo p. 2. c. 243. Pann. 1. 7. c. 34. e. Ivo p. 2. c. 233. Pann. 1. 7. c. 33. f. 1. Cor. 7.

1. ¶ Christum] Antea logebatur, ut propter Christum dimittat, si eum secum, &c. Emendatum est. ex epistola B. Augustini. Reliqua verò partim ex ipsa, partim ex textu Gratiani codicibus.

C. VIII. *¶* Quod etiam infideles sunt conjuges, & quod infidelis licet dimittere infidelem.

Item Augustinus ad Pollentium, l. 1. de adulter. con. iugis, c. 27. & 28.

Iam nunc illud videamus, quod ait Apostolus: a [Ceteris autem ego dico, non Dominus,] ad impia scilicet, hoc est, ubi non ambo Christiani fuerant, conjugia locutura. Quod mihi visum est eum monendo dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere conjugem licet potuit infidelem, ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus, quod possit esse multorum occasio lucratorum, ut fideles conjuges in relinquendis infidelibus permittat licentia non uentur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere, quia hoc vetat Apostolus: cum ego dicam licere, quia hoc non vetat Dominus, non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddat etiam rationem, cur fieri non expediat, quamvis licet. Quomodo b. enim seis (inquit) mulier, si virum saluum facies? aut unde seis vir, si salvam facies uxorem? cum superius dixisset [Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere fidei, & sanctificata est mulier infidelis in virum,] hoc est in Christiano: [Alioquin filii vestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt.] Sic ad lucrandas conjuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ jam proveniant, videtur hortatus. Cur ergo non expediat infideles conjuges dimitti à fidelibus, causa evidenter expressa est. Non enim propter vinculum cum talibus conjugale servandum, sed ut acquirantur Christo, recedi ab infidelibus conjugibus Apostolus vetat. Multa e sunt enim faciendâ non jubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen, causa dilectionis impendimus. Unde prior Dominus ipse cum tributum se non debere monstrasset, solvit tamen ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens hominem d. consulabat. Iam verò Apostolus, quemadmodum ista commendet, ejus verba testantur, ubi dicit: [Cum enim sim liber ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrificerem:] cum paulo superius dixisset: [Nunquid e non habemus potestatem manducandi & bibendi? nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego solus, & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte ejus non comedit?] Et paulo post: ¶ Si alius inquit, potestatis vestra participant, quare non magis nos? sed non uti sumus hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum detemus Evangelio Christi.

C. IX. *¶* Ab infidelibus conjugibus licet recedere, sed non expedit.

Item ibidem, c. 12. & sequentibus.

Sic enim recedere ab infidelibus uxoris vel maritis fideles viri vel foeminae non prohibentur à Domino, ut neque jubeantur. Nam si dimittere tales conjuges juberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli f. ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus jubet, servus bonus fieri prohiberet. Item paulo post. Cum ergo coepisset gentibus Evangelium pra-

a. 1. Cor. 7. Pann. lib. 6. c. 100. b. al. Quid. c. Hæc. 14. d. al. mortem. e. 1. Cor. 7. 34. f. Beda 1. Cor. 9. Pann. 1. 6. c. 101. dicat.



dicit, iam conjunctos gentiles comperit con-
 iuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus, aut
 una infidelis cum fidei consentiret habitare, nec prohiberi
 a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec
 iuberi: ideo scilicet non prohiberi, quia iustitia permit-
 tit a fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio
 etiam in corde: nec vera eius pudicitia cum con-
 iuge dicitur, quia a omne, quod non est ex fide, pec-
 catum est: quamvis veram habeat fidelis pudicitiam, et
 cum fidei coniuge, quae non habet veram. Ideo au-
 tem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus sepa-
 rari, qui non contra iussionem Domini gentiles fue-
 rant rabi conjuncti. Quoniam ergo ab infideli fide-
 lem discedere nec prohibet, nec iubet Dominus, ideo, ut
 non discedat, Apostolus b. dicit, non Dominus, habens
 verum Spiritum Sanctum, in quo dare possit utile & fide-
 le consilium. Vnde cum dixisset de muliere, cuius vir
 mortuus fuerat: [Beatorum autem erit si sic permanserit,
 secundum consilium meum:] ne quis hoc consilium tan-
 quam humanum, non divinum, contemnendum puta-
 ret, aspicit: [Puto autem, quod & ego Spiritum Dei ha-
 beam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quae non
 a Domino iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter
 suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit e-
 nim ut quisquam catholicus dixerit, quod e suadet Spi-
 ritus Sanctus, non Dominum suadere, cum & ipse Do-
 minus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis. Dicit
 tamen: a [De virginibus autem praeceptum Domini non
 habeo: consilium autem do:] non ut hoc consilium a-
 lienum existimus a Domino, cum continuo sequa-
 tur, & dicit [tanquam misericordiam consecutus a Do-
 mino, ut fideles essem.] Secundum Deum ergo dat fidele
 consilium non solum, de quo ait [puto autem, quod
 & ego Spiritum Dei habeam.] Veruntamen aliud est
 Domini imperium, aliud consensum secundum
 misericordiam, charitatis, quae illi a Domino est inspi-
 rata, ut quae donata, fidele consilium. Aliud ibi facere
 non licet, hic autem licet: ita sane, ut plura licitum par-
 tium quidem expedit, partim vero non expedit. Ex-
 pedimus, quando non solum per iustitiam, quae coram
 Domino est, permittitur, sed etiam hominibus nullum
 est hoc impedimentum salutis infertur: velat cum dat con-
 silium non nubendi Apostolus virginibus (unde prae-
 ceptum Domini se non habere testatur) licet aliud facere,
 id est, nubere, & minus, quam continentiae, bonum ta-
 men tenet preparatum: ipsumque licitum etiam expedit:
 quoniam in vetita & illicita nuptiam carnis, infir-
 mitatem se excipit honestate nubendi, ut neminem
 impediat ad salutem: quamvis magis expedit, magis-
 que honestum esset, si virgo consilium, quo praeceptum
 cum non compellit, arripere. Tunc autem non expedit
 id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed u-
 tiam ipsius potestatis alii assert impedimentum salutis: sic
 ut est (unde iamdiu loquimur) discessio fidelis conju-
 gis, quia coram illo iniusta non est: sed prohibet A-
 postolus consilio charitatis, quia infidelibus assert impe-
 dimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scan-
 dalizantur offensus, verum etiam, quia cum in alia conju-
 gata occiderint viventibus eis, a quibus dimittuntur, adul-
 terium neabus colligati difficillime resolvuntur. Ideo
 hic, ubi, quod licet, non expedit, non potest dici, si di-
 citur: sicut dicitur, bene faciet, si non dimiserit, melius
 & qui non dat nuptum, melius facit: quoniam illud
 praeceptum Domini quicquam compellitur sed etiam u-
 trumque expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id,

quod amplius expedit, consilio Apostoli a, quicumque
 potest capere, provocatur. Hic autem, ubi de dimittendo,
 vel non dimittendo infidelis conjugio quaerit, utrum-
 que quidem pariter licitum est per iustitiam, quae coram
 Domino est, & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed
 non utrumque expedit propter infirmitates hominum:
 & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dan-
 te sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque
 id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus, neque id,
 quod prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi
 ita esset, neque contra prohibitionem Domini Apo-
 stolus aliquid moneret, neque contra iussionem eius aliquid
 prohiberet. Proinde in his duabus causis, una de nu-
 bendo, vel non nubendo, altera de infideli coniuge di-
 mittendo, vel non dimittendo, aliquid simile invenitur
 in verbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem,
 quod ibi dicitur, b [praeceptum Domini non habeo, con-
 silium autem do:] & hic dicit: [ego dico, non Dominus.]
 Quale est enim, [praeceptum Domini non habeo] tale
 est, [non dicit Dominus:] & quale est, [consilium do:]
 tale est, [ego dico.] Illud autem dissimile est, quia de
 nubendo & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, il-
 lud melius, quoniam utrumque expedit, minus unum e,
 magis aliud: at verò de coniuge infideli dimittendo, vel
 non dimittendo, quoniam unum horum non expedit,
 aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene fa-
 cit, & qui nondimittit, melius facit: sed dici oportet, non
 dimittat, quia est licet, non expedit. Sic ergo postulamus
 dicere, melius esse infidelem conjugem non dimittere,
 quamvis licet & dimittere: quemadmodum recte di-
 cimus melius esse, quod & licet, & expedit, quam id,
 quod licet, & non expedit. ¶ His d de causis factum
 est, ut exponens Domini sermonem, quem prolixum in
 monte habuit, ubi ventum est ad quaestionem de conju-
 gibus dimittendis, vel non dimittendis, adhibitis etiam A-
 postolicis testimoniis dicerem, consilium esse Apostoli,
 non praeceptum Domini, ubi ait: g [Ceteris autem ego
 dico, non Dominus.] monens eos, qui haberent conjuges
 infideles, ut consentientes habitare secum non dimitte-
 rent. Quod utique ideo monendum, non iubendum
 fuit, quia non tanto pondere prohibendi sunt homines
 facere licita, quamvis non expedit, quanto pondere
 prohibenda illicita. Si autem alicubi Apostolus etiam
 illa, quae iubenda sunt, monere dignatus est, hoc fecit
 parcendo infirmitati, non praedjudicando iustitiae. Vnde
 ipse f dixit: g [Non ut confundam vos, haec scribo, sed
 ut filios meos charissimos moneo:] quid habet qua-
 estionis, ubi ait: h [Ego dico, non Dominus.] item, ubi
 ait: [Ecce ego Paulus dico vobis, quia circumcidamini,
 Christus vobis nihil proderit.] Numquid etiam hic di-
 xit: Ego dico, non Dominus? Non sunt itaque ista simi-
 lia: quia etiam illa, quae iubet Dominus, non est indi-
 gnum, neque contrarium, si eadem monet Apostolus. Mo-
 nemus enim quos charos habemus, ut faciant Domini
 praecepta vel iussa. Cum verò i ait: [Ego dico, non Do-
 minus,] satis ostendit, Dominum non prohibere quod ipse
 prohibebat. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum.
 Ergo secundum ea, quae supra diu diximus, multumque
 versavimus, licitum erat per iustitiam: sed etiam licitum
 non erat faciendum propter liberam benevolentiam. ¶
 ¶ Tu k verò, cui placet ita non licere, quod non vetat
 Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet, quod
 vetat Dominus, cum exponere voluisses, quid sibi vel-
 let, quod ait: [Ego dico, non Dominus.] cum alloque-
 retur fideles, quibus essent conjuges infideles, dixisti,
 quia Dominus iussit, ne conjugia sibi inter diversa reli-

a Supra ead. in princip. Rom. 14. b 1. Corinth. 7. c al.
 quando, d Ibidem. e Ibid. c. 19.

a 1. Cor. 7. b 1. Corinth. 7. c al. aliud. d Ibid.
 cap. 20. Lib. 1. de serm. Domini, cap. 14. e 1. Corinth. 7. f al.
 si. g 1. Corinth. 7. h Galat. 3. i al. ergo. k Ibid.
 cap. 21.



gionis copularentur: & ipsum adhibuisti testimonium Domini dicentis a [Non accipies uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum, ne traducat eum post Deos suos, & pereat anima ejus.] Addidisti etiam verba Apostoli, ubi ait: b [Mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit: quod si mortuus fuerit vir ejus, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino.] Quod ita exposuisti, ut adjungeres, id est, Christiano. Deinde secutus es, & addidisti c. Hoc est ergo Domini præceptum tam in veteri, quam novo testamento, ut non nisi unius religionis & fidei conjugia sibi maneant copulata. Si hoc ergo est Domini præceptum tam in veteri testamento, quam in novo, & hoc jubet Dominus, hoc docet Apostolus, ut non nisi unius religionis & fidei maneant copulata conjugia; quare contra hoc Domini iustitiam, contra doctrinam suam, contra præceptum veteris & novi testamenti jubet i. Apostolus d, ut diversæ fidei conjugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentium prædicator & Apostolus jam in conjugio positos non solum monet, sed etiam jubet, ut si unus, aut una è conjugibus credidisset, alterum vel alteram non credentem, secum tamen habitare consentientem, non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse, aliud illud, satis evidenter ostendis. Illud e enim de his conjugii agit, quæ sibi primitus copulantur, ne nubat femina non f. suæ religionis viro, vel ne vir talem ducat uxorem: id enim (ut dicis) jubet Dominus, docet Apostolus, utrumque præcipit testamentum. Hoc autem diversum esse quis abnuat, ubi agitur non de conjugendis, sed de conjunctis? Ambo quippe unius & ejusdem infidelitatis fuerunt, quando conjuncti sunt: sed Evangelium cum venisset, alter vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine serupulo ulius dubitationis apparet) cur fidelem cum infideli in conjugio permanere non & Dominus, sicut Apostolus jubet? Nisi forte loco isto vacat, quod tam fidenter ipse Apostolus ait: g [An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus?] Et utique Dominus est Christus. Intelligis ne, quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius immorabor? Attende, utrem ipsam tanquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. Ecce conjuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando conjuncti sunt. Nulla de his quaestio est, quæ pertinet ad illam Domini iustitiam, doctrinamque Apostolicam, & præceptum veteris & novi testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli conjugium copulare. Iam sunt conjuges, & ambo adhuc sunt infideles, adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam jungerentur, qualesque conjuncti sunt. Venit Evangelii prædicator, credidit eorum unus, aut una; sed ita ut infidelis cum fidei habitare consentiat. Iubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat, an non jubet? si dixeris, jubet, reclamatione Apostolus [Ego dico, non Dominus.] Si dixeris, non jubet, causam requiro. Neque illam mihi responsum es, quam tuis literis indidisti, quia Dominus prohibet fideles infidelibus jungi. Hic enim nullo modo est ista causa: de jam junctis loquimur; non de jungendis. Si ergo tu causam non invenisti, cur non vetet Dominus, quod vetat Apostolus: (cernis enim jam, ut existimo, non esse ipsam, quam esse putaveras) vide, ne forte illa sit, quæ mihi visa est tunc proferenda, & nunc defendenda: ut scilicet illud intelligamus dicere Dominum, quod habet coram illo nullo modo transgredienda iustitia, id est, quod ita jubet aut vetat, ut aliud facere omnino non liceat.

i. ¶ Iubet Apostolus] Quæ sequuntur, usq. ad vers. jam in conjugio addita sunt ex B. Augustino, quemadmodum & in extremo a vers. vide ne forte. usq. ad finem, ut sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali, cum manuscriptis utram exemplaribus: & Bedæ collato.

a Deut. 7. b 1. Cor. 7. c ad. Ipsi. d 1. Cor. 7. e Sem. 4. d. 39. f al. Ipsi. g 2. Cor. 2.

4 pars. Contra inventur in concilio Toletano 11 cap. 62.

C. X. ¶ Nisi ad fidem Judeus accesserit, separatur ab uxore fidelis.

Judei a, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admonentur ab Episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata est fides. Filii autem, qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur. b militet & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur religionem, non Judaicam superstitionem.

Verum hoc idcirco statutum est, ne dum fidelis salutem quaerit infidelis, potius ipse cum ea infidelitatem perditionem recipiat.

C. XI. ¶ A parentum infidelium separatur consortio fidelis filii, ne eorum involvantur erroribus.

Unde in eodem concilio, cap. 37. tam de filiis Iudeorum, quam de ceteris ad fidem convertentibus statutum est, ut infidelium consortia evitent.

Iudeorum b filios vel filias, ne parentum ultra vitam evitent erroribus, ab eorum consortio separari debent, imus, deputatos e aut monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant, atque in melius instruantur in moribus, quam in fide proficiant.

C. XII. ¶ Judeus ad fidem convertentibus cum infidelis nulla sit communio.

Item cap. 62. Apud d malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitam proni sunt? Nulla igitur ultra communio fit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, sed forte eorum participatione e subvertantur. Quicquid ergo ex his, qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitaverint, & hi Christianis donentur, & publicis cadibus deputentur.

C. XIII. ¶ Cum Iudei nec manducandum, nec habitandum, nec eis ex medicamentis accipiantur est.

Item ex sexta synodo f, cap. 11.

Nillus g eorum, qui in sacro sunt ordine, aut Iudeorum Nazyma Iudeorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicetur, nam ab eis percipit, aut cum eis in balneo lavet. Si vero quisquam hoc fecerit, si clericus est, deponatur, si laicus, excommunicetur.

C. XIV. ¶ Clerici sive laici vitent Iudeorum consortia, nec eos ad sua consortia recipiant.

Item ex concilio Agathensi h, cap. 42.

Omnis i deinceps clericus, sive laicus, Iudeorum consortia vitent, nec eos ad convivium quisquam accipiat, quia cum apud Christianos communibus cibis utantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibis Christianis sumi: cum ea, quæ Apostolo k permittit nos sumimus, ab illis judicentur immunda, ac sic riores incipiant esse Christiani, quam Iudei; si nos, qui

a Burch. lib. 2. c. 3. Ivo p. 1. c. 277. Pann. 1. c. 71. b Burchardus lib. 2. cap. 84. Ivo p. 1. c. 278. Pannorm. 1. c. 74. c al. de purgatio. d Burch. 1. 4. c. 14. Ivo p. 1. c. 278. Pann. 1. c. 74. e al. de purgatio. f Apostolorum Can. 69. g Ivo p. 1. c. 116. h al. de vit. et. Veneticum, cap. 12. i Ivo part. 3. cap. 117. k al. de vit. et. meth. 4.



ab aliis opponuntur, utamur, illi vero à nobis oblata con-

temnant. **S. PAULUS.** Exhibet, evidenter colligitur, conjugium esse inter infideles. Illud vero Apostoli: [Omne à quod non est ex fide, peccatum est.] non ita intelligendum est, ut quidquid sit ab infidelibus, peccatum esse peccatum; sed omne, quod contra conscientiam sit, est ad gehennam. Unde Ambrosius 1, [Peccatum est, quod alter sit, quam probatum est.]

¶ Item Augustinus 2 super eandem locum. [Omne, quod alter sit, quam probatum est, peccatum est: non tamen omne, quod sit cum fide, bonum est. I. quod continent, que est ex culpa, vocet.] Hinc etiam Apostolus ait: b [Iustus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat,] id est, qui non facit damnabilem 3 semetipsum, aliter faciendo, quam probat esse faciendam. Vel, omne, quod non est ex fide, dicitur esse peccatum, quia quicquid ex fide non fit, ut ad eternam valeat salutem, vixit reputatur apud Dominum. Unde Augustinus e ait: [Omne, quod contra conscientiam sit, peccatum est: nec valet esse bonum, quod sit ab eo. 4. Ubi enim deest agnito eterna & incommutabile veritate, falsa virtus est etiam in optimis meritis.]

¶ Item circa dicitur, [non est vera pudicitia hominis infidelis cum conjugio.] negatur pudicitia esse vera, quantum ad effectum, ad primum velletis eterna salutis. Sicut d enim apud hereticos sit contra veritatem esse vera, non quantum ad formam, sed quantum ad virtutem, sic & veritatem negantur esse vera apud infideles, non quia vera non sunt, iuxta illud Hieronymi: [virtutibus 5 Romanos preceperunt imperium,] sed quia effectus carent eterna salutis.

¶ Item Ambrosius e [Non est putandum matrimonium, quod contra Dei decretum factum est, sed cum cognoscitur, ad non continentem, non ostendit conjugium non esse inter infideles. Nihil tamen Divini præcepti gentilibus prohibentur conjugii gentium. Accipere enim conjugium extra Dei decretum sit. Illa itaque continent videtur separari ab invicem, qui contra Deum, vel recte dicitur copulati sunt: ut pote infidelis cum fidelibus, vel conjugium cum conjugio, vel affines cum affinis. Hi omnes, si in veteri copulati fuerint, separandi sunt.]

¶ Vide Ambrosius f Referuntur verba glossæ ordinaria in non traduntur. Verba autem Ambrosii in eundem locum sunt hæc. Recte peccatum appellat, quod aliter fit, quod probatum est.

¶ Item Augustinus. Hæc non sunt inventa apud B. Augustinum: sed a vers. non omne, usq; ad vers. nocet, sunt ex ratione glossæ ordinariae ibidem.

¶ Damnablem In glossa interlineari ibidem hæc legetur, qui non facit se damnabilem, nocendo aliis de suo bono.

¶ Abique Deo Apud B. Augustinum, & in glossa ordinaria legitur, & nihil est bonum sine summo bono. Reliqua vero ut apud Gratianum.

¶ Virtutibus Hæc non sunt reperta apud B. Hieronymum. Sententia hæc potest ex B. Augustino in quinta de civit. Des c. 12. hujus ad 17.

C. XV. ¶ Fideles infidelibus non sunt conjugio copulandi.

Hæc veritas idem Ambrosius in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 9.

¶ Ave f Christiane, gentili, aut Iudæo filiam tuam. Crudere. Cave, inquam, gentilem, aut Iudæam, atq; alienigenam, hoc est hæreticam, & omnem alienam à fide tua morem accersas tibi. Prima conjugii fides, castitatis gratia est, & infra. ¶ Si Christiana sit, non est satis, nisi ambobus manant sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & conjunctis precibus obsecrandus Deus.

¶ Rom. 14. b Hinc. c In lib. Sent. apstus, & Professores, ad prim. ad. in princ. & sic enim. e supr. ad. in princ. f Sent. 4. dist. 391.

C. XVI. ¶ Cura hæreticu catholicis non miscantur conjugia.

Item ex concilio Agathensi a, cap. 67. **N**on oportet cum hominibus hæreticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen se proficiantur Christianos esse futuros, & catholicos.

C. XVII. ¶ Christiana communione careat, qui Iudaica pravitate conjugali se vinculo sociat.

Item ex concilio Vrbanensi d. **¶ Si** e quis Iudaicæ pravitate conjugali societate jungitur, sive Christiana Iudæa, sive Iudæa Christiano mulier carnali confortio miscetur, quicumque eorum tantum nefas admisisse cognoscitur, à Christiano coetu atque convivio, & à communione ecclesiæ protinus segegetur.

¶ Eadem sententia quibusdam verbis mutatis habetur in concilio Arvernensi, c. 6. Et similia sunt in Aurelianensi II. c. 19.

Item illud Augustini, [Non est ratum conjugium, quod sine Deo est.] Non negat conjugium esse inter infideles. Conjugium enim aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud legitimum & ratum. Legitimum conjugium est, quod legali institutione, vel proximitate moribus contrahitur. Hoc inter infideles, ratum non est, quia non est firmum & involubile 1 conjugium eorum. Dato enim libello repudii, licet eis recedere ab invicem, & alii copulari lege sivi, non lege potest, quam non sequantur. Inter fideles vero ratum conjugium est, quia conjugia semel inita inter eos, ulterius solvi non possunt. Horum quædam sunt legitima, veluti cum uxor à parentibus traditur, a sponsi datur, & a sacerdote benedicitur. Hæc ita conjugia, legitima & rata appellantur. Illorum vero conjugia, qui contemptu omnibus illis solemnitatibus solo assensu aliquam sibi in conjugem copulant, hujusmodi conjugium non legitimum, sed ratum tantummodo esse creditur.

¶ Inviolabile Sicut in omnibus veteribus exemplaribus, quo collata sunt. In vulgari legebatur, & ideo violabile.

QUÆSTIO II.

Quod vero uxore vivente alteram ducere non possit 1, testatur scriptura 2, dicens. (Alioquin si disceditis ab invicem, & volentes cohabitare dimittitis, & alius vos copulaverit, adulteri eritis, & filii vestri, qui postea nascuntur, erunt immundi, id est, spurii.)

¶ Non possit In vulgari sequebantur hæc, qui infideli dimisit, que in manuscriptis exemplaribus non habentur.


¶ Scriptura Hæc non sunt verba ipsa scriptura, sed in glossa ordinaria ex Ambrosio ad ea verba 1. Cor. 7. alioquin filii vestri, &c. hæc leguntur. Si dimittitis, invicem nolentes cohabitare, & alius vos copulatis, adulteri estis, & filii vestri spurii, & ideo immundi.

C. I. ¶ Non potest quis post baptismum alteram ducere, vivente ea, que ante baptismum sibi fuerit virgo copulata.

Item ex concilio Meldensi, cap. 1.

¶ Si f quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illa post baptismum, alteram habere non potest. Crimina enim in baptismum solvuntur, non conjugia.

¶ Et in Laodicensi, cap. 31. b Burchard. l. 9. cap. 78. Ivo part. 3. cap. 204. c al. omnibus. d al. Verbenensi. e Sentent. ibid. supr. ead. in principio. f supr. ead. q. 1. si quis. Conc. Tribur. conc. cap. 39. Burch. lib. 9. c. 61. Ivo p. 8. cap. 197. Pamorm l. 6. cap. 98.



C. II. *¶* Lacet fidelis aliam ducere uxorem, quam i Christiana fidei odio infidelis dimittit.

Gregorius autem contra testatur, dicens.

SI infidelis discedit odio Christianae fidei, discedat. Non est enim frater aut foror subiectus servituti in huiusmodi. Non est enim dimissio peccatum propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia quippe creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium: nec est ei fides servanda conjugii; quia b propterea discedit, ne audiret Christum, Deum 2 Christianorum conjugiorum.

¶ Haec non sunt inventa apud B. Gregorium: sed apud B. Ambrosium ad cap. 7. 1. Corinthiorum eadem ferè leguntur, plenius, atque aptius exposita.

1 *¶* Quam] Sic etiam in vetustis: sed si legeretur, quem magis videretur respondere verbis ipsius capituli.

2 *¶* Christum Deum.] In loco indicato est, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum conjugii.

Hic distinguendum c est, aliud esse, dimittere volentem cohabitare, atque, aliud, discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non ea: vivente aliam superducere d: discedentem vero sequi non oportet, & ea vivente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui infidelitate copulati sunt. Ceterum si ad fidem uterq. conversus est, vel si uterq. fidelis matrimonio junctus est, & procedente tempore alter eorum a fide discesserit, & odio fidei conjugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur: non tamen illa vivente alteram ducere poterit, quia ratiom conjugium fuerat inter eos, quod nullo modo solvi potest.

QVÆSTIO III.

Vtrum verò bigamus sit reputandus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram, auctoritate Hieronymi patet. At enim super epistolam Pauli ad Timotheum.

C. I. *¶* Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.

Oportet e Episcopum unius uxoris esse virum. Verum hoc post baptismum. Ceterum, si ante baptismum habuerit unam, & post baptismum habuerit aliam, non est reputandus bigamus, cui prorsus innovato per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

¶ Sententia huius capituli habetur supr. dist. 26. c. unius. ex glossa ordinaria prima ad Timotheum c. 3. Beatus autem Hieronymus hanc rem, & in epist. ad Tit. c. 1. attingit, & in epistola ad Oceanum capituli tractatur.

C. II. *¶* Non debet fieri Episcopus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.

Augustinus verò contra testatur, & Innocentius. At enim Augustinus super epistolam Pauli ad Titum.

Actius f verò intelligunt, qui nec eam ordinandum censuerunt, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram. In baptisate enim crimina abolentur, non fœderatio conjugii dissolvitur. Sicut illis: quæ catechumena vitata est, inter Dei virgines consecrari non potest, sic qui ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, non nisi bigamus

a Sent. 4. dist. 39. Gloss. 1. Corin. 7. ad illud: (non est enim frater.) b al. qua. c Sent. 4. dist. 39. d al. superinducere. e Suprà dist. 26. unius. f Suprà dist. 26. Act. 116.

est reputandus. Amisit enim quiddam non ad vitæ ritum, sed ad signaculi sacramentum.

¶ Sententia huius capituli habetur in collectaneis Bedæ, & glossa ordinaria ad c. acutius.

Item Innocentius Ruffo a & Eusebio Episcopis Macedoniae eius argumentis probat talem bigamum reputari. Quia ergo huiusmodi causa in presenti agitur, ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, bigamus iudicatur: & licet vitæ merito & industria scientia polleat, tamen in Episcopum ordinari non potest.

CAUSA XXIX.

Vidam mulieri nobili nunciatum est, quid a se cuiusdam nobilis petebatur in conjugem: premissa assensum. Alius vero quidam ignobilis, atq. servilis conditionis, nomine illius, seipsum obtulit, & eam in conjugem accepit. Illa, qui prius nobili fuerat, tandem venit, eamq. sibi conjugem petens. Illa si ab illa conquiretur, & ad prius copulam aspirat.

1 Hic primum quaeritur, an sit conjugium inter eos.

2 Secundò, si prius putabat hunc esse liberum, & postea dependit illum esse servum, an liceat ei faciam ab illo rescidere.

QVÆSTIO I.

Quod b autem conjugium sit inter eos, probatur hoc modo. Conjugium sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio, in illi viduam vitæ consuetudinem retinere. Quoties consensus utriusq. matrimonium facit. Quia ergo si conjuncti sunt, ut inviduam vitæ consuetudinem conservarent, quia uterq. consensit in alterum, conjuges sunt appellandi. *¶* Hoc est respondetur. Consensus est divinum vel plurimum sensus in idem. Qui autem errat, non sentit; ergo non consentit, id est: simul cum alio sentit. Haec autem erravit non ergo consensit: non itaq. iunctus est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusq. sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo quem putat esse Episcopum, & adhuc est laicus, errat, nec vocatur ordinatus, imò ab Episcopo adhuc est ordinandus: sic ista viri nullo est copulata conjugio, imò adhuc est copulanda. *¶* Ad haec, non omnis error consensus evacuat: Qui enim accipit in uxorem corruptam, quara putat virginem, vel qui accipit veteratam, quam putat esse castam, uterque errat, quia ille corruptam uxorem virginem, & iste meretricem reputat castam. Nonquid e ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utriq. facultas dimittendi utramq. & ducendi aliam? Verum est, quod non omnis error consensus excludit, sed error alius est persona, alius sententia, alius conditio, alius qualitas. Error persona est, quando putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error sententia, quando putatur esse dives, qui est pauper, vel e converso. Error conditio, quando putatur esse liber, qui servus est. Error qualitas, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error sententia & qualitas conjugii consensum non excludit. Error verò persona & conditio, conjugii consensum non admittit. Si qui enim pauper retinetur se venditurum agrum Marcello, & postea veniens Paulus dicitur se esse Marcello, & emeret agrum ab illo, nonquid non Paulus convenit iste de pretio, aut dicendus est agrum sui vendidisse? Item si qui promitteret se venditurum mihi agrum, & pro auro offerret mihi orchalcum, & ita me deciperet, nonquid diceret consensisse in orchalcum? Nunquam volui emere orchalcum: nec ergo aliquando in illud consensisse, quia consensus non est nisi voluntatis. Sicut ergo hic error materia excludit consensum, sic & in conjugio error persona. Non enim consentit in hanc, sed in eam quem putabat esse. Sed objicitur d. Jacob non consenserat in Leam, sed in Rachel: septem siquidem annis pro Rachel servaverat. Cum ergo

a sup. dist. 26. deinde & sup. ea q. r. g. r. nunquid. b 27. a. in prim. c 4. Sent. dist. 30. d Gen. 29.

